

2. Christus etiam pauper, sicque probamur in bonum: 3. Deus scitis quantum nobis conducatur, proinde debitam nostram portionem expetamus *Prov. 30* 1. *Timoth. 6.* 4. Exitus Deo commendandus, *Psal. 37. Psal. 55, 23.* 5. Non solum laborandum, sed pie vivendum, *Psal. 34, 11. Ps. 122, 3. Syr. 11, 15. 24. Psal. 128. Kottlöben.*

18. *An quis sub tentationibus spiritualibus diem subiens damnandus?*

Neg. 1. Quia impossibile, pium tentationibus succumbere posse, *Matth. 24. 1. Corinth. 10.* 2. Multi & insipientes, & phrenetici seipso interficientes, ut & obsessi morientes, non tamen damnandi. 3. Quia voluntas adfuit salvandi, unde & diebus sanitatis suae media non fuerunt aspernati. 4. Tentationes contra ipsorum fiunt voluntatem & propositum; 1. *Sam. 16, 7. Psalm. 73. Rom. 8. Kottlöben.*

IN LOCO

DE VET. & NOV. TESTAMENTO.

THEOREMATA.

1. **Q**uod Latinus Testamentum vel foedus dicitur, id Graecis *ἡθήνησις*, Hebraeis *ברית* auditur.

2. Hebraeum verò hoc derivant alii à Barath, quod est percussit, quia in antiquis foederibus mos fuit pecudes percutere vel mactare, *Gen. 15. v. 18. & cap. 21, 32.* Vide D. Tarnovium super Obadiam. Alii verò à Bathar, per Metathesin literarum, quod significat divisit, quia pecudes dividebantur, & transibant homines per medium, sicque unionem arctissimam indicabant, *Jerem. 34, 18.* Alii à Barar, quod est mundare, quia sine fuce foedera fieri debebant.

3. Notat autem Testamentum vel foedus (1) mutuam pactio- nem inter duas pluresve partes bonâ fide susceptam, in hoc vel vitan- dum, vel faciendum, verbis & signis se obligantes. (2) Doctrinam ad observandum praescriptum *Jos. 7, 11. Psal. 78, 5. 6.* (3) Foedus spe- ciale de exhibendo Messia, juramento confirmatum, *Luc. 1, 71.* (4) Ultimam voluntatem testatoris. *Galat. 3, 15.* (5) Mutuum pactum inter Deum, & Creaturas, quo Deus promittit verbo & signis, crea- tura restipulatur *Psal. 89. v. 4.* Atqui hoc posteriori sensu in hoc loco accipitur vox Testamenti.

4. Neq; tamen indigitatur (1) foedus generale, quod Deus

cnm